

οὖν ὑψίστου Θεοῦ ἡ δύναμις, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός, διὰ τῆς ἐπελεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐμμορφοῦται τῇ παρθενίᾳ. Καθάπερ γὰρ ἡ τῶν σωμάτων σκιά τῷ τύπῳ τῶν προηγουμένων συσχηματίζεται, οὕτως ὁ χαρακτήρ καὶ τὰ γνωρίσματα τῆς τοῦ Υἱοῦ θεότητος ἐν τῇ δυνάμει τοῦ τικτομένου διαφανήσεται, εἰκὼν καὶ σφραγὶς καὶ ἀποσκίασμα καὶ ἀπαύγασμα τοῦ πρωτοτύπου, διὰ τῆς τῶν ἐνεργειῶν θαυμαστοποιίας δεικνύμενος.

Ἄλλ' ἐπὶ τὴν Βηθλεὲμ ἡμᾶς ἀναδραμεῖν τῷ λόγῳ προτρέπεται τὸ ἀγγελικὸν εὐαγγέλιον, καὶ κατιδεῖν τὰ ἐν τῷ σπηλαίῳ μυστήρια. Τί τοῦτο; Παιδίον ἐν σπαργάνοις διειλημμένον, καὶ ἐπὶ φάτνης ἀναπαυόμενον· καὶ ἡ μετὰ τόκον παρθένος, ἡ ἄφθορος μήτηρ περιέπει τὸ ἔκγονον. Εἶπωμεν, οἱ ποιμένες ἡμεῖς, τὴν τοῦ Προφήτου φωνήν, ὅτι «Καθάπερ ἠκούσαμεν, οὕτω καὶ εἶδομεν ἐν πόλει τοῦ Κυρίου τῶν δυνάμεων, ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν».

S. AMPHILOCHIUS Iconiensis (ca 340 † 395/400)

ORATIONES

PG
39, 37

Oratio I, II. [...] Ἡ λέληθεν ὑμᾶς τὸ εἰρημένον, ὅτι «Ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὃ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον· Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός»; ἢ οὐκ ἀκηκόατε τὸ γεγραμ-

513

ut ait Apostolus.¹ Virtus igitur Altissimi, quae Christus est, per adventum Spiritus sancti formatur in virgine. Quemadmodum enim umbra ad praecedentium corporum figuram effingitur, sic forma et indicium divinitatis Dei in virtute ipsius qui paritur, ostendetur, et imago, et signum, et adumbratio, et splendor exemplaris per admirabilem rerum affectionem demonstrabitur.

Verum hortatur nos Evangelium, ut in Bethleem oratione revertamur, et quae in antro sint mysteria videamus. Quidnam est hoc? Puer pannis involutus et positus in praesepi, et Virgo post partum, incorrupta mater complectitur filium. Emmittamus illam Prophetiae vocem: *Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri.*²

PG
39, 38

Oratio I, II. [...] *Ecce virgo habebit in utero, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel:*³ quod interpreteris, *Nobiscum Deus.* Nonne audistis quod scriptum est, quia *Parvulus natus est*

513

¹ I Cor. I, 24.

² Ps. XLVII, 9.

³ Isa. VII, 14.

● PG 45, 585, 636, 1148, 1173, 1177, 1184, 1196, 1208, 1257.

● PG 46, 604, 616, 1021, ■ 209, 633, 688, 1157, 1176, 1336.

● Vide alios locos, Gregorio Nysseno attributos, sub titulo *Incertus Auctor*.

μένον, ὅτι « Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὄμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλής ἄγγελος, θαυμαστός, σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστής, ἀρχῶν εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος»; Ἐκ τούτων τῶν λόγων τὸν τρόπον τῆς παρουσίας ἐπέγνωτε. Παρθένος γὰρ ἄφθαρτος ἀποκυήσει σωματικῶς τὸν λύχνον τὸν ἄφθαρτον.

- 514 III. [...] Καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἐπεσκίασεν ἥλιος, καὶ ὁ τῶν θείων ἀρετῶν ἠνέφκται θησαυρὸς, καὶ τὸ τῆς αἰωνίου ζωῆς φυτὸν ἀνθρώποις ἐδλάστησε, καὶ ἡ ἀνατολὴ ἐκ τοῦ ὕψους ἐπέλαμψε, καὶ ὁ τῶν οὐρανίων καὶ ἐπιγείων Δεσπότης ἐκ παρθενικῶν λαγόνων, ὑπὲρ κόσμου λυτρώσεως, εἰς κόσμον φθαρτὸν ἐλήλυθεν. « Ἐγεννήθη γὰρ ἡμῖν σήμερον Σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος », ὅστις φῶς ὑπάρχει ἐθνῶν, καὶ σωτηρία οἴκου Ἰσραήλ. Ὡ τοῦ θαύματος! Ἐπὶ φάνης ὡς παιδίον ἠύλιζετο, ὁ ὑπὸ τῶν οὐρανῶν μὴ περιγραφόμενος· καὶ γυναικείαις ἀγκάλαις ἐθάλπετο, ὁ λόγῳ βραχεῖ τὰ πάντα συστησάμενος· καὶ ἐγαλουχεῖτο ὑπὸ τῶν ἀμιάντων τῆς ἀγίας Παρθένου μαστῶν, ὁ πάσαις ταῖς ὑπερκοσμίαις δυνάμεσι τὸ εἶναι κεχαρισμένος.
- 515 IV. [...] Ἡλευθέρωται κόσμος διὰ * παρθένου, ὁ διὰ ταύτης τὸ πρὶν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν πεσών. Διὰ παρθενικοῦ τοκετοῦ τεταρτάρωται δαιμόνων ἀορά-

PG
39, 40PG
39, 40
*41

*nobis, et filius datus est nobis, cuius principatus super humerum eius, et vocatur nomen eius, magni consilii angelus: admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri saeculi?*¹ Ex iis sermonibus cognitum habetis modum praesentiae. Virgo enim incorrupta nesciam illam corruptionis lucernam corporali ratione concipiet.

- 514 III. [...] Solque iustitiae obumbravit, et virtutum divinarum thesaurus patuit, ac vitae aeternae planta hominibus germinavit, Oriensque de alto illuxit et coelestium, terrestrium infernorumque Dominus ex virgineo progressus utero, pro mundi redemptione, in mundum corruptibilem venit. *Natus enim est nobis hodie Salvator Christus Dominus,*² *qui lumen est gentium,*³ et salus domus Israel. O miraculum! Qui non definitur coelis, in praesepe demoratus est ut parvulus: quique brevi sermone universa constituit, mulieribus fovebatur ulnis; ac qui supercoelestibus omnibus virtutibus donavit ut essent, impollutis lactabatur Virginis sacrae uberibus.
- 515 IV. [...] Mundus assertus * est in libertatem per Virginem, qui per virginem olim sub peccatum corruerat. Virginali partu, tot tantae-

PG
39, 39PG
39, 39
*42

¹ Isa. IX, 6.

² Le. II, 11.

³ Le. II, 32.

των τὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα συστήματα. [...] Ὡ Μαρία, ὦ Μαρία! ἡ τὸν ἀπάντων Δημιουργὸν πρωτότοκον κεκτημένη! Ὡ ἀνθρωπότης, ἡ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον σωματικῶς οὐσιώσασα, καὶ τῶν ἐπουρανίων καὶ νοερῶν δυνάμεων ἐν τούτῳ τῷ μέρει προτετιμημένη!

PG
39, 48

Oratio II, II. [...] « Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται », εἰς τὸν Κύριον μόνον τὴν ἀναφορὰν κέκτηται, οὐχὶ καὶ εἰς ἄλλον τινά, εἰ καὶ ὅτι καὶ καθολικῶς εἴρηται. Καὶ γὰρ πᾶσα φύσις παρθένου, πρῶτον ἐκ συνουσίας ἀνδρὸς διανοίγεται ἡ μήτρα, καὶ εἰθ' οὕτως τίκτει. Ἐπὶ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν οὐχ οὕτως· ἀλλὰ χωρὶς συνουσίας αὐτὸς διανοίξας τὴν μήτραν τῆς παρθένου, ἀφράστως προῆλθεν· ὥστε τὸ « Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται », εἰς τὸν Κύριον ἀναφέρεται μόνον.

516

48

*49

III. Ἔστι δὲ πάντως εἰπεῖν τινα τῶν ἀντιλεγόντων, ὅτι· Εἰ τοίνυν εἰς τὸν Κύριον τὴν ἀναφορὰν ἔχει τὸ « Πᾶν * ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται », οὐκ ἔμεινεν ἡ παρθένος, παρθένος. Ἐφώνησε γὰρ ἡ Γραφή ὅτι· « Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν »· ἠνέωκται ἡ παρθενικὴ μήτρα, εἰ εἰς τὸν Κύριον τὴν ἀναφορὰν κέκτηται· ἀλλ' ἄκουε συνετῶς· πρὸς μὲν τὴν παρθενικὴν φύσιν, οὐδ' ὅλως αἱ παρθενικαὶ πύλαι ἠνεόχθησαν, βουλήσει τοῦ ἀρτίως κυοφορηθέντος, κατὰ τὸ φάσκον περὶ αὐτοῦ ῥητόν· « Ἀύτη ἡ πύλη

que invisibilium daemonum copiae in tartarum praecipites datae sunt. [...] O Maria, o Maria, quae universorum Creatorem habuisti primogenitum! O humanitas Dei Verbo corporaliter facta substantia, eoque titulo coelestibus spiritalibusque virtutibus honore praelata!

PG
39, 47

Oratio II, II. [...] *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur*:¹ solum Dominum, non ullum alium refert, tametsi universim dictum sit. Etenim id omnis virgo natura habet, ut primum ex viri consuetudine aperiat vulva, sicque deinde pariat. At non ita in Salvatore nostro accidit: sed ipse, aperta sine coitu vulva, inexplicabili ratione prodiit. Quare illud, *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur*, ad solum Dominum refertur.

516

47

*50

III. Plane vero fuerit qui contradicens dicat: Si ergo ad Dominum refertur quod scriptum est: *Omne * masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur*,¹ Virgo virginitatem non servavit. Clamavit enim Scriptura: *Omne masculinum adaperiens vulvam*: fuit utique aperta Virginis vulva, si id ad eum referri habuit. Enimvero cordate audi et intelligenter. Quod quidem attinet ad naturam virgineam, nullo omnino modo virgineae portae fuerunt apertae, volente eo qui nuper utero gestabatur, iuxta illud de ipso oraculum:

¹ Exod. XIII, 2; Num. VIII, 17.

τοῦ Κυρίου, καὶ εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη». Ὡς πρὸς τὴν παρθενικὴν τοίνυν φύσιν, οὐδ' ὅλως ἠνεψώθησαν αἱ παρθενικαὶ πύλαι· ὡς δὲ πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ τεχθέντος Δεσπότη. οὐδὲν κλείσται τῷ Κυρίῳ, ἀλλὰ πάντα ἠνέφεται. Οὐδὲν τὸ παρεμποδίζον· οὐδὲν τὸ παρενοχλοῦν. Πάντα γὰρ τῷ Κυρίῳ ἠνέφεται. "Ὅθεν καὶ αἱ ἄνω ὑπέρταται δυνάμεις, ταῖς κάτω παρεγγυῶσαι, κεκράγασι λέγοντες· «Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης». Θαυμαστὴ τοίνυν ἡ παρθενία, ἡ ὄντως ἀληθὴς παρθενία, ἐπειδὴ ἔστι καὶ ἐν παρθενίᾳ διαφορά.

517

VIII. [...] Ἦκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος, πῶς ὁ Συμεὼν πρὸς τὴν παρθένον ἔφη· «Ἴδου οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον· καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία». Τί δὲ ἔστι· «Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία»; Ἦκουε συνετῶς· τοῦ Συμεῶνος εἰρηκότος περὶ τοῦ Κυρίου εἰς ἐξάκουστον τῶν Παρθενικῶν ἀκοῶν τὸ «Ἴδου οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον», ἡγανάκτησεν εἰκὸς ἡ Παρθένος ὡς μήτηρ τοῦ Κυρίου κατὰ τοῦ Συμεῶνος, λέγουσα πρὸς αὐτόν· Οὐκ οἶδας τί διαγορεύεις, ἄνθρωπε. Ἐπὶ τὸν Χριστὸν

PG
39, 56

*Haec porta Domini: et ingreditur et egreditur: et porta erit clausa.*¹ Quod itaque spectat ad naturam virgineam, nullo prorsus modo apertae sunt virgineae portae: sed quod attinet ad potentiam Domini qui est natus, nihil Domino clausum est, sed omnia sunt illi aperta. Nihil est quod impediatur; nihil quod officiat et obstet. Omnia Domino sunt aperta. Unde etiam supremas in excelsis virtutes, inferis virtutibus clamore praecipiant, dicentes, *Tollite portas, principes, vestras: et elevamini, portae aeternales, et introibit rex gloriae.*² Est ergo virginitas admirabilis, vera, inquam, virginitas; quando etiam in virginitate discrimen est.

517

VIII. [...] Audisti modo Lucam evangelistam dicentem, quem admodum Simeon dixerit ad Virginem: *Ecce hic positus est in ruinam et resurrectionem multorum in Israël, et in signum cui contradicetur: et tuam ipsius animam pertransibit gladius.*³ Quid hoc vero: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius?* Audi cordate et intelligenter: cum Simeon clare ad Virginis locutus aures, positum dixisset in ruinam et resurrectionem multorum in Israël, et in signum cui contradiceretur; moleste rursus tulit Virgo ut Domini mater, motaque in Simeonem, sic eum affata est: Nescis, homo, quid prae-

PG
39, 55¹ Ezech. XLIV, 2.² Ps. XXIII, 7, 9.³ Lc. II, 34, 35.

σχυθρωπά καταγγέλλεις; Οὐκ οἶδας τὴν σύλληψιν τοῦ παιδίου, καὶ ὡς κοινοῦ τόκου σημεῖον ἀντιλογίας μηνύεις; Οὐδεμία πτώσις ἐν αὐτῷ ὑψωσις δὲ πολλή καὶ συγκατάβασις τοῖς εὐεργετουμένοις. Τί οὖν οὐκ εὐλογεῖς, ἀλλὰ φάσκεις· « Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον; » Ὁ δὲ Συμεὼν πρὸς τὴν Παρθένον· Ἄρκει σοι, Παρθένε, τὸ μητέρα σε κληθῆναι· ἱκανόν σοι τὸ τροφὸν εὐρεθῆναι τοῦ τρέφοντος τὸν κόσμον. Μέγα σοι τὸ σαρκὶ βαστάσαι τὸν τὰ πάντα βαστάζοντα.

57 [...] « Καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον ». Πολλοὶ γὰρ ἀντεῖπον· ὁ τε Πέτρος ἠρνήσατο, καὶ πάντες οἱ ἀπόστολοι ὡς ἀποίμαντα πρόβατα διεσκορπίζοντο· ἐν τῷ οὖν σταυρικῷ σημείῳ, καὶ αὐτῆς τῆς Παρθένου ἐπεπλήρωτο ἡ καρδιά λύπης· διὸ καὶ ἔλεγε· Διὰ τί μὴ προστελεύτησα; Διὰ τί δὲ τὴν ἡμέραν ταύτην κατέλαβον; Παρθένος μεμένηκα, καὶ μεῖζονα μητρῷοις τοῖς σπλάγχχοις δάκνομαι. Τούτους τοὺς ἀπείρους λογισμοὺς τῆς Παρθένου, ῥομφαίαν ὁ Συμεὼν προσηγόρευεν, ὡς νύττοντας τὰ ἐνδόσθια, ὡς σκάνδαλα προσοίσοντας, καθὼς καὶ ὁ Κύριος προσῆπε· « Πάντες ἐν ἐμοὶ σκανδαλισθήσεσθε ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ »· ὅθεν καὶ ἐπήγαγεν ὁ Συμεὼν φάσκων· « Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί ». Ὅρα πῶς τοὺς ἀπείρους διαλογισμοὺς ῥομφαίαν προσηγό-

dices. Ergone tristia de Christo annuntias? Ignoras pueri conceptionem, et tanquam communis partus, contradictionis signum significas? Nulla est in eo ruina; sed multa exaltatio, multaque in eorum usum qui beneficium consequuntur, demissio. Quidni ergo benedicis, sed ais: *Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in Israël, et in signum cui contradicatur?* Simeon porro ad Virginem: *Sat tibi est, Virgo, quod voceris mater. Abunde est, ut eius inventa sis nutrix, qui mundum universum nutrit. Magnum, ut eum carne portaveris, qui universa portat.*

58 [...] *Et in signum cui contradicatur.* Multi siquidem contradixerunt, quando Petrus negavit; quando omnes apostoli velut oves pastorem non habentes, fuerunt dispersi. Fuit ergo ipsius etiam Virginis cor tristitia impletum, in crucis signo. Quare etiam dicebat: *Ut quid non prior vivis excessi? Quid ad hanc diem perveni? Virgo mansi, et ita manens, maiores maternis visceribus dolores sentio. Hasce innumeras Virginis cogitationes Simeon appellavit gladium, velut quae scandala allaturae, viscera vulnerarent: quemadmodum etiam praedixit Dominus: Omnes in me scandalum patiemini in nocte ista.*¹ Unde etiam adiecit Simeon in haec verba: *Et tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit, ut revelentur ex multis cordibus co-*

¹ Matth. XXVI, 31.

ρευσεν ὁ Συμεών, ὡς νύττοντας τὰ ἐνδόσθια, ὡς ἀπτομένους νεφρῶν καὶ μυελῶν. Τούτοις δὲ περιέπεσεν ἡ Παρθένος Μαρία, μηδέπω τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως εἰδυῖα· καὶ ὅτι ἐκ γειτόνων ἡ ἀνάστασις, οὐδέπω ἐγίνωσκεν. "Ὅθεν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, οὐκέτι ῥομφαία δίστομος· ἀλλ' εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίασις. Σημεῖον τοίνυν ἀντιλογίας, τὸ σταυρικὸν σημεῖον ὁ Συμεὼν προσηγόρευσεν, ἐν ᾧ καιρῷ ῥομφαία λογισμῶν τὴν Παρθένον διῆλθεν.

gitationes.¹ Vide ut Simeon innumeras cogitationes gladium vocaverit; velut quae ferirent viscera; velut quae renes medullasque contingerent. In has autem incidit Virgo Maria, quod nondum sciret vim resurrectionis, quod etiamnum resurrectionem in propinquo esse ignoraret. Unde post resurrectionem, non iam amplius gladius anceps, sed laetitia atque exsultatio est. Signum igitur contradictionis, crucis signum Simeon appellavit, quo tempore cogitationum gladius Virginem pervasit.

S. AMBROSIUS Mediolanensis (ca 334 † 397)

DE OBITU THEODOSII ORATIO (375)

- 518 44. [...] Quid egisti, diabole, ut absconderes lignum, nisi ut iterum vinceris? Vicit te Maria, quae genuit triumphatorem, quae sine imminutione virginitatis, edidit eum, qui crucifixus vinceret te, et mortuus subiugaret. Vinceris et hodie, ut mulier tuas insidias deprehendat. Illa quasi sancta Dominum gestavit, ego crucem eius investigabo: illa generatum docuit, ego resuscitatum: illa fecit ut Deus inter homines videretur, ego ad nostrorum remedium peccatorum divinum de ruinis elevabo vexillum.

PL
16, 1400
(1463)

DE VIRGINIBUS (377)

- 519 Lib. I, cap. V, 21. [...] Videte igitur quanta virginitatis merita sint. Christus ante virginem, Christus ex virgine; a Patre quidem natus ante saecula, sed ex virgine natus ob saecula. Illud naturae suae, hoc nostrae utilitatis est. Illud erat semper, hoc voluit.
- 520 Lib. II, cap. II, 6. Sit igitur vobis tamquam in imagine descripta virginitas vita Mariae, de qua velut speculo refulgeat species castitatis et forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla vivendi, ubi tamquam in exemplari magisteria expressa prohibitatis, quid corrigere, quid effingere, quid tenere debeatis, ostendunt.

PL
16, 195
(205)

PL
16, 208
(220)

¹ Lc. II, 35.

• Vide, sub titulo *Incertus Auctor*, alios locos Amphilochio attributos.